

## SERMO

## LXXIII.

te deus deus tu? oleo leticie. **P**redicator aut affabilis et grōsus aspe-  
ctui multum attrahit et delectat. **P**rouerbiū est cum iocularis di-  
splicet eius cantilena non placet et econuerso cum iocularis placet  
eius cantilena placet. **C**riso. Signū studiosi agricolę est messis fecū  
da signū boni negociatoris ē tecta referta signū gratōsi p̄dicatoris  
est ecclia plena. **T**ercio causabat ex efficacia loquedi erant em̄ v̄ba  
christi efficacissima et tangētia cor. **H**iere. xliij. Nonne verba mea  
quasi malleus conterens petras. **J**ob. vii. Nunq̄ sic locut⁹ est homo  
Nonne verbū salutōnis marie ad elizabeth sanctificauit ioh̄em  
in vtero existentem et exultare eum fecit q̄ formatū fuit i ore chri-  
sti et egressus p̄ os marie et intrauit p̄ aures elizabeth vt dicit cris-  
ti. **S**i ergo verbū christi adhuc in vtero existentis tantam virtutem  
habuit quantam habere debuit quando loquebat p̄ se. Et si loquen-  
te petro omnes compuncti sunt corde et bap̄isati vt dicitur **actū**  
**x.** **C**ecidit sp̄s sanctus sup omnes qui audi verbum. **Q**uid debuit  
fieri loquente christo magistro petri. **H**iero. dicit q̄ dum rodi eschi-  
neus exularet et legeret illa demostenis oratō quam aduersus eum  
habuerat. et omnes mirarent eschineus qui ip̄m audierat loquentē  
suspirans ait. **Q**uid dixissetis si ipsam bestiam audissetis verba sua  
resonantem. **H**abet inquit hiero. nescio quid latetis energie id est  
virtuose opatōnis. viue vocis actus et in aures discipuli de aurois  
ore transfusa fortius sonant. Et d̄ titō lūno dicit. **N**ō titū lūnū lacteo  
eloquentie fonte manantē de vltimis hispaniarū galliarūq̄ finibz q̄  
dam venisse nobiles legim⁹. et quos roma ad p̄templatōem sui nō  
traxit. **v**m̄ hominis fama p̄durit. Et idō christo p̄dicāte tantā v̄tutez  
dederat voci sue q̄ mlti relictis oibz eū sequebant et mares et femie  
**Mat̄. xi.** Ecce nos reli. om. et se. su. te. **V**n̄ efficaciaz ei⁹ loquele que  
dam mulier admirans surrexit in p̄lo dicens. **B**eat⁹ venter qui te  
portauit et vbera q̄ suxisti. **Luc. xi.** **Q**uarto causabat ex sapientia  
verborū q̄ verba altissima et magni ponderis p̄ferebat. **J**ob. vi. **V**er-  
ba vite eterne habes. **D**e salomone dicit q̄ p̄pter sapientia eius om-  
nes desiderabant ip̄m videre et multi veniebant ad eum. Et regina  
saba venit a finibz terre audire sapientiam eius vt patet. **ij. Reg. x.**  
**S**ed christus in infinitum maiorem sapientiam habuit salomone.  
iuxta illud **mat̄. xi.** Ecce plus q̄ salomon hic. **V**nde christus dum  
loqueretur propter altitudinem verborum eius quidam dicebant  
q̄ insaniebat. quidam q̄ demonium habebat. quidam q̄ angelus  
ei loquebatur. quidam credebant q̄ doctrina eius esse ei infusa a  
deo vt ipse dicebat **iohannis. vi.** **M**ea doctrina nō est mea s̄ eius  
qui misit me patris. et tales eius doctrinā intelligebant et nō aliq̄